BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
DE ZARAGOZA

SIGNATURA: I –158

Inocencio VIII. Papa. Bulla "sicut bonus Pastor" revocatione et reductione facultatum... Romae. 1491.

32490

¶ Bulla Innocentij pape·viij·reuocationis et
reductionis facultatum reſignandi beneficia ⁊c·

INnocentius Ep̄s ſeruus ſeruoꝝ dei Ad perpetuam rei me-
moriam·Sicut bonus paſtoꝛ ſuper familiā domus ſue ſo-
lerter inuigilans ſic pꝛouidere ſicq; diligēter debet atten-
dere q inoꝛdinata ⁊ indiſpoſita ſiqua inuenerit in eadē ſubmo-
ta difficultate reducat pariter ⁊ refoꝛmet : ſic nonnunq̄ꝫ decet ⁊
expedit Romanū pontificem in quo poteſtatis plenitudo conſi-
ſtit ⁊ cuius in factis per euꝫ circa beneficia eccleſiaſtica gratijs
adeo eſt ſeruandus intentiōis affectus vt incontrariū acta nul-
lius exiſtant firmitatis:ne beneficia hm̄ōi abſq; canonico titulo
detineri contingat:circa gratias ipſas pꝛo ſue circunſpectionis
induſtria votiue declaratiōis modificationis ⁊ reuocatiōis ad-
hibere remedium:⁊ pꝛout expedire cognoſcit deſuper ſalubꝛiter
pꝛouidere·Sane ſicut accepimus nōnulli obtenta per eos a ſede
apoſtolica licentia reſignandi beneficia eccleſiaſtica per eos pꝛo
tempoꝛe obtenta extra Ro.cu·in oꝛdinarioꝝ locoꝝ aut in digni-
tate eccleſiaſtica cōſtitutaꝝ perſonaꝝ ſeu cathedraliū eccleſiarū
canonicoꝝ per eos eligendoꝝ manibus ſimpliciter vel ex cauſa
permutatiōis:ac eiſdē oꝛdinarijs perſonis ⁊ canonicis reſigna-
tiones ipſas ab eis ⁊ perſonis compermutātibus ſeu ſimpliciter
reſignare volentibus extra dictam curiam recipiendi ⁊ admittē-
di:ac reſignata beneficia per compermutantes ſeu ſimpliciter re
ſignantes ipſis licentiam hn̄tibus ⁊ per eos ex dicta cauſa com-
permutantibus hm̄ōi:ſimpliciter vero idoneis perſonis conferē
di ꝯceſſa facultate abutētes nōnunq̄ꝫ licentie ⁊ facultatis hm̄ōi
pꝛetextu extra ⁊ pꝛope vꝛbem vel alium locum in quo Ro·curiam
reſidere contingit:reſignationes beneficioꝝ eccleſiaſticoꝝ q̄ ob
tinent ſimpliciter vel ex dicta cauſa ꝑ alijs beneficijs eccleſiaſti
cis in manibus perſonaꝝ in pꝛelaturis ⁊ eccleſiaſticis dignitati
bus cōſtitutaꝝ aut canonicatus ⁊ pꝛebendas in cathedralibus
eccleſijs obtinentiū in dicta curia reſidentiū ad id extra muros

vꝛbis ⁊ loci hmōi propterea ſtudioſe ductarum faciūt: ⁊ ab illis
de ſic reſignatis beneficijs ex dicta cauſa eis ⁊ compermutanti/
bus ⁊ ſimpliciter perſonis alijs reſpectiue pꝛouiſiones fieri pꝛo/
curant. Quandoq̃ vero vt volentibus ſua beneficia eccleſiaſti
ca reſignare ad finem vt de illis perſone eis grate pꝛouideatur:
vel duobus inuicem permutare volentibus complaceant: et fa/
ciant q̃ illi mediantibus huiuſmodi licentijs ⁊ facultatibus qd
querunt obtineant indirecte / tam pꝛope locum dicte curie / q̃ ex/
tra in partibus in quibus degunt / fingunt ſe aliqua perſepe te/
nuiſſime ⁊ etiam ficta beneficia eccleſiaſtica ⁊ que nonnunq̃ ta
les perſone eis conferre pꝛocurant ad effectū huiuſmodi ex cau/
ſa permutationis cum eiſdem perſonis pꝛo illis beneficijs que
perſone ille volunt ad alios peruenire reſignare virtute licentie
⁊ facultatum eoꝛundem ⁊ ſic de his que ipſi habentes licentiam
huiuſmodi reſignant beneficijs ex dictis cauſis perſonis illis
quoꝝ opera nonnunq̃ vt pꝛefertur ea habuerunt ⁊ quibus com
placere ſtudent de alijs beneficijs que ſic fraudulenter comper/
mutantes ipſi reſignant vt tandem ad alios perueniant ipſis li
centiam ⁊ facultatem huiuſmodi habentib⁹ pꝛouidetur: factaq̃
ſic hincinde pꝛouiſione pꝛedicta collata eiſdem licentiam ha/
bentibus beneficia in permutatione huiuſmodi interdum il/
lico illoꝛum poſſeſſione non habita: et nonnunq̃ putantes
cautius agere infra paucos dies habita vel non habita poſ/
ſeſſione huiuſmodi in his in quibus ex dicta cauſa permuta/
tionem fecerunt: vel alterius perſone manibus ſimpliciter reſi/
gnāt vt de illis pꝛouideatur perſonis illis quibus pꝛouideri in/
tendebant illi qui ex dicta cauſa illa pꝛius reſignauerant vt pꝛe
fertur: vel illa ex cauſa permutationis cum illo cum quo comper
mutans pꝛimo permutare intendebat reſignant pꝛo beneficio
quod pꝛimo permutans affectabat habere. ⁊ completa permuta
tione ſecunda per quam pꝛimi permutantis beneficium in illum
cum quo permutare volebat peruenit denuo poſſeſſione etiam
non habita collatum ipſi facultatem habenti in ſecunda permu

tatione beneficium ex cauſa permutationis cum pꝛimo permu/
tante pꝛo illo quod ipſemet facultatem habens in pꝛima permu
tatione reſignauerat beneficio pꝛimo permutanti collato reſi/
gnat: ⁊ ſic in huiuſmodi tertio loco facta permutatiōe quod pꝛi/
mo dimiſerant pꝛopꝛium beneficium recuperāt: ⁊ illi pꝛimo com
permutanti cuius beneficium per eum dimiſſum in pꝛima per/
mutatione peruenerat ad ſecundo permutantem in ſecunda per
mutatione confertur in huiuſmodi tertia permutatione dimiſ/
ſum per dictum ſecundo permutantē beneficium in ſecunda per
mutatione: ⁊ ſic duo quoꝝum nullus licentiam obtinet permu/
tandi pꝛopꝛia beneficia per huiuſmodi tres permutationes ⁊ ea/
rum circuitum ſucceſſiue factum modo pꝛedicto inuicem permu
tant pꝛetextu licentie ⁊ facultatis pꝛedicte. ⁊ quod deterius eſt
pꝛo earundem facultatū vſu modo pꝛedicto illas habentes pꝛe/
mia exigunt nonnunq̃ ab eiſdem in quoꝝum fauoꝛes illis vtun/
tur. alieq̃ diuerſe fraudes cōmittuntur in animarum periculum
⁊ apoſtolice auctoꝛitatis contemptum ac ſcandalum plurimoꝝ.
Quidam vero licentijs ⁊ facultatibus hmōi quoad bñficia q̃ obti
nēt diſpoſitiōi aplice generaliter reſeruata nō contenti vt plenius
alijs valeant inſeruire lr̄as licentie ⁊ facultatis hmōi cū cl'a etiā
ſi cōpermutantiū ſeu ſimpl'r in eoꝝ fauoꝛem reſignantiū bñficia
eccl'iaſtica diſpōni aplice generaliter reſeruata exiſtāt a ſede pꝛe
fata obtinere hactenus pcurarūt ⁊ pcurāt indies. ⁊ quanq̃ illi
in quoꝝ manib⁹ ſimpl'r reſignarūt bñficia hmōi dictaꝝ faculta/
tū p̄textu iuxta lr̄aꝝ deſup confectaꝝ teneant̄ ⁊ debeāt de noībus
⁊ cognoīb⁹ bñficioꝝ ſic reſignatoꝝ ⁊ pſonaꝝ qbus illa ꝯtulerint
ac dieb⁹ collationū eoꝛundē gentes camere aplice aut collectoꝛē
vel ſuccollectoꝛē fructuū ⁊ pꝛouentuū eiuſdē camere debitoꝝ in pti
bus illis certificare: tñ id facere perſepe omittunt in eiuſdem ca/
mere non modicum pꝛeiudicium ⁊ grauamen. Nos igitur hmōi
fraudibus ⁊ abuſionibus obuiare volentes hac imperpetuū va/
litura conſtitutione ſtatuimus ⁊ oꝛdinamus p̄textu licentiarum
⁊ facultatum hmōi per nos hactenus ⁊ ſedem pꝛedictam conceſ/

ſarum ⁊ quas concedi cõtinget impoſterꝝ nil valide decetero fie/
ri poſſe in aliquo loco ab eo in quo nos ⁊ pro tempore exñtes Ro/
manũ pontificem curiam ſuam tenere contigerit loco per duas
dietas legales non diſtante: ⁊ eas reſignationes licentiaꝝ hmõi
vigore extra dictam curiam per duas dietas hmõi fieri cenſeri q̄
duntaxat in locis ab eadem diſtantibus ad minus per duas die/
tas hmõi fieri continget: ⁊ non illas que in locis minus diſtan/
tibus fierent in futurum. Q̄dq̄ nullus hmõi licentijs ⁊ faculta/
tibus conceſſis ⁊ concedendis a nobis ⁊ ſede predicta qñcunq̄
impoſterꝝ vllatenus vti valeat: niſi dum ⁊ quando bñficia eccle/
ſiaſtica que obtinet ſimpliciter vel ex cauſa permutationis vere
⁊ non ad alioꝝ cõmodum ficte reſignare intendit. contrafacien/
tes ꝟo tam infra duas dietas ab vrbe etiaȝ vere q̄ȝ extra illas fi/
cte ⁊ in fraudem reſignantes: ⁊ perſone reſignationes hmõi reci/
pientes ⁊ admittentes ac notarij inde rogati ⁊ teſtes interueni/
entes eiſdem fictionis ⁊ fraudis non ignari: ſi Epi ⁊ ſuperiores
interdicti ingreſſus eccleſie: ſi vero alij ab eiſdem fuerint excõis
ſñiam eoipſo incurrant. Decernentes per reſignationes ipſas
quas ſic contra ſtatutum ⁊ ordinationem hmõi fieri cõtingeret
in reſignantiũ penã bñficia reſignata vacare: collatiões ꝟo que
fient de eiſdem pretextu facultatum predictaꝝ nullius eſſe robo/
ris vel momenti ⁊ haberi debere prorſus pro infectis. Et preſu/
mantur reſignationes hmõi ficte ⁊ non vere fieri ſi illi qui hmõi
facultates habent ⁊ perſone compermutãtes cum eis ſeu ſimpli/
citer in eoꝝ fauorem reſignantes reſignata per eos beneficia per
quatuor menſes anteꝗ reſignationes ipſas pacifice non poſſede/
rint: vel ſi ipſi reſignantes infra menſem poſt reſignatiões ipas
morte preuenti fuerint: ſi tamen tempore reſignationum ſeu per/
mutationum eorundem infirmi erant ea infirmitate de qua de/
ceſſerunt. Reuocamus quoq̄ omnes ⁊ ſingulas licentias ⁊ facul/
tates hmõi obtentas a nobis ⁊ ſede predicta ad beneficia cõper/
mutantium ſeu ſimpliciter in fauorem bñtium facultates hmõi

reſignantiũ diſpoſitioni apoſtolice generaliter reſeruata vel ex
generali reſeruatione affecta: ⁊ quo ad illa nolumus eas decete/
ro cuiq̄ȝ ſuffragari. Et ſi forſan in futuꝝ ſic concederentur quo
ad compermutantium ſeu ſimpliciter in fauorem huiuſmodi fa/
cultates impetrantium reſignantium beneficia reſeruata vel af/
fecta nullius eſſe roboris vel momenti. Et ſi licentiarum huiuſ/
modi vigore tam ex dicta cauſa q̄ȝ ſimpliciter reſignantes bene/
ficia eccleſiaſtica quecunq̄ et qualiacunq̄ cum cura et ſine cura
quorum fructus redditus ⁊ prouentus vigintiquatuor florẽ.
auri de camera ſe. com. ex. va. an. excederẽt: etiam ſi ex dicta cau/
ſa reſignata forent: inequales tamen illorum fructus redditus
⁊ prouentus huiuſmodi exiſterent: vel recipientes ⁊ admittẽtes
reſignationes ipſas gentes camere apoſtolice prefate aut colle/
ctorem vel ſuccollectorem predictos de diebus collationuȝ quas
fecerint ac nominibus ⁊ cognominibus beneficiorum ⁊ perſona/
rum quibus illa cõtulerint ſimpliciter vel inequalitate fructuũ
reddituum ⁊ prouentuum ſubſiſtente etiam ex dicta cauſa q̄ȝuis
inequalitas predicta ad dictam ſummam vigintiquatuor libra/
rum non aſcenderet non certificauerint infra vnum: ſi citra in/
fra tres menſes a die collationum eorundem. Si vltra mõtes re/
ſignationes ipſas fieri contigerit beneficia ipſa ſic collata vaca/
re cenſeantur eoipſo ⁊ vt vacantia poſſint libere conferri. Et ne
ꝑtentes licentijs ⁊ facultatibus huiuſmodi valeant premiſſoruȝ
ignorantiam allegare: volumus huiuſmodi conſtitutionem no/
ſtram in audientia litterarum contradictarum publicari ⁊ Can/
cellaria apoſtolica deſcribi: ⁊ preſentes in curia exñtes: abſentes
vero ab eadem poſt duos menſes a die publicatiõis huiuſmodi
ligari. Et in litteris licentiarum huiuſmodi clauſulam per quaȝ
iniungitur collatoribus onus certificationis predicte: iniunctio/
nem ipſam iuxta preſentis conſtitutionis ſeriem decetero ꝑ eos
qui earum expeditione vacant oportune cum prefixione termini
predicti ⁊ decreto vacationis p̄dicte ſi non certificent ampliari.

non obſtantibus litteris licentiarum huiuſmodi ac alijs conſti
tutionibus ⁊ ordinationibus apoſtolicis contrarijs quibuſcūq;
Et ne de premiſſis valeat ignorantia allegari volumus q̄ vene
rabilis frater noſter Rodericus Ep̄us Portueñ ſancte Romane
eccleſie Vicecancellarius pn̄tes lr̄as in quinterno Cancellarie
deſcribi: ⁊ ſuper premiſſis pro quolibet petente lr̄as duplicatas
de curia per eandem Cancellariam expediri faciat: etiam ſub da
ta tunc currenti valentes: que quo ad hoc ſub ſingulis dat' ſub
quibus lr̄as ipſas duplicatas contigerit expediri pn̄tes lr̄e cen-
ſeantur innouate : ⁊ in illis contenta totiens quotiens ſub alia
data duplicabuntur ſub illa a nobis emanari. Nulli e[illegible]o omni-
no hominū liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti. ordin[illegible]tionis.
conſtitutionis. ⁊ voluntatis. infringere vel ei auſu temer[illegible]o cō
traire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit ⁊c. Datū Ro
me apud ſanctum Petrum Anno incarnationis dominice Mil-
leſimo quadringenteſimo nonageſimoprimo Quinto kalend.
Octobris Anno Octauo.

¶ Lecta ⁊ publicata fuit ſuprascripta bulla ſiue conſtitutio Ro
me in Cancellaria apoſtolica die Iouis Sexta mēſis Octobris
Anno Incarnationis dominice Milleſimo quadringenteſimo
nonageſimoprimo Pontificatus Sanctiſſimi in xp̄o patris ⁊ do
mini noſtri dn̄i Innocentij diuina prouidentia pape Octaui
Anno Octauo.

¶ Impreſſit Rome Stephanus Planck. 1491

❡INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruo-
rum dei· Ad perpetuā rei memoriā· Conſueuerunt
Romani pontifices predeceſſores noſtri ad retinē-
dum puritatē religionis xp̄iane & ipſius unitatem:
que in cōiunctione membroꝝ ad unū caput xp̄m
uidelicet: eiuſq; uicarium principaliter conſiſtit: &
ſanctam fidelium ſocietatem: ab offenſione ſeruan
dam: arma iuſticie per miniſterium apoſtolatus in
preſenti celebritate exercere· ❡Nos igit̄ uetuſtum
& ſolēnem hunc morem ſequentes: excōicamus: &
anathematizamus ex p̄te dei oīpotentis patris & fi
lii & ſpiritus ſancti: auctoritate quoq; beatoꝝ apo
ſtolorum Petri & Pauli: ac noſtra omēs hereticos
Gazaros: Patarenoſ pauperes de Lugduno: Arnal
diſtas: ſperoniſtas: paſſagerios: uicleffiſtas ſeu Huſ
ſitas: Fraticellos de opinione nuncupatos: & quoſ
libet alios hereticos quocunq; nomine cenſeant̄: ac
omnes fautores receptatores: & defenſores eorun-
dem· ❡Item excōicamus & anathematizamus om
nes Piratas: Curſarios & latrunculos maritimos:
& illos precipue: qui mare noſtrū a monte Argen-
tario uſq; ad Terracinam diſcurrere: & nauigātes
in illo depredari: mutilare: interficere: ac rebꝰ & bo
nis ſuis ſpoliare hactenus preſumpſerunt & preſu-
munt: ac omnes receptatores eorum: ac eis conſiliū
dantes uel fauorem· ❡Item excōicamus & anathe
matizamus omnes qui in terris ſuis noua pedagia
imponunt: uel prohibita exigunt· ❡Item excōica-
mus & anathematizamus omnes falſarios bullarū
ſeu litterarum apoſtolicaꝝ & ſupplicationū gratiā
uel iuſticiam concernentiū per ſummū Pontificem

uel Vicecancellarium:ſeu gerentes uices eorum:aut officii Vicecancellarii Sancte Romane Eccleſie de mandato eiuſdem ſummi Pontificis ſignaturū:aut ſub nomine eiuſdem ſummi Pontificis ſeu Vicecā cellarii: aut gerentis officium predictoꝝ ſignantes ſupplicationes eaſdem. ¶ Item excōicamus & anathematizamus omnes illos qui equos:arma: ferrū: lignamina: & alia prohibita deferunt Sarracenis: Thurcis:& aliis chriſti noīs inimicis quibus xp̄ianos oppugnant. ¶ Item excōicamus & anathematizamus omnes impedientes ſeu inuadentes uictualia ſeu alia ad uſum Romane curie neceſſaria adducentes: uel ne ad curiam ipſam adducātur uel deferantur impediunt ſeu perturbant. Et qui talia faciunt uel defendunt:cuiuſcūqꝫ fuerint ordinis:preeminentie:conditionis & ſtatus:etiam ſi pontificali:regali:reginali:aut alia quauis eccl̄iaſtica uel mūdana prefulgeant dignitate. ¶ Item excōicamus & anathematizamus omēs illos qui ad ſedem apoſtolicam uenıētes:& recedentes ab eadem:necnon omnes illos qui iuriſditionem ordinariam uel delegatam aliquam non habentes in eadem curia morantes:temeritate propria capiunt: ſpoliant: & detinent: Aut ex propoſito deliberato uerberare:mutilare:uel interficere preſumunt: & qui talia fieri faciūt ſeu mādant. ¶ Item excōicamus et anathematizamus oēs illos qui per ſe uel aliū ſeu alios quaſcūqꝫ pſonas eccl̄iaſticas uel ſeculares ad Ro. curiā ſupeaꝝ cauſis & negociis recurrentes:illaqꝫ in eadē curia pſequētes: aut pcurātes negocioꝝ geſtores:ad uocatos uel procuratores ipſorum:uel etiam auditores ſeu iudices ſuper dictis cauſis ſeu negociis deputatos occaſione cauſarum uel negociorum hm̄ōi uerberant:mutilant uel occidunt: aut bonis ſpoliāt ac illos qui ne litteris & mandatis apoſtolice ſedis & legatorū ac nuncioꝝ & iudicum delegatorū eiuſdem gratiam uel iuſticiam concernentibus:decretiſqꝫ ſuper illis & re iudicata proceſſibus executorialibus non habito primo eorum beneplacito & aſſenſu pareatur:ne ue tabelliones & notarii ſuper huiuſmodi litterarum & proceſſuum executione:inſtrumenta ſeu acta conficere:aut cōfecta parti cuius intereſt tradere ſub grauiſſimis penis prohibere ſtatuere ſeu mandare:qui in animarum ſuarum periculum ſe a noſtra & pro tempore Romani pontificis obedientia pertinaciter ſubtrahere:ſeu quomodolibet recedere preſumunt: qui ue iuriſdictionem ſeu fructus ad eccleſiaſticas perſonas pertinentes uſurpant uel rapiūt. Et qui per ſe uel alium ſeu alios directe uel indirecte predicta exequi uel pcurare:aut in eiſdem conſilium auxilium uel fauorem preſtare non uerentur: cuiuſcumqꝫ preeminentie: dignitatis: ordinis:conditionis:aut ſtatus fuerint:etiam ſi pontificali:regali:uel reginali:uel quauis alia prefulgeant dignitate.

¶ Item excōmunicamus & anathematizamus omnes mutilantes:uulnerantes:& interficientes:ſeu capientes & detinentes ſeu depredantes Romipetas: & peregrinos ad Vrbem cauſa deuotionis & peregrinationis accedentes:ac in ea morantes: & recedētes ab ipſa: & in his dantes auxilium:conſilium uel fauorem.

¶ Item excōicamus & anathematizamus omnes il
los qui per ſe uel alium ſeu alios directe uel indire-
cte ſub quocūq; titulo uel colore occupant detinēt:
uel hoſtiliter decurrunt ſeu inuadunt: aut occupare
detinere uel diſcurrere hoſtiliter preſumunt in totū
ſeu in partem almā urbem:regnum Sicilie ſeu Tri
nacrie:inſulas Sardinie & Corſice: terram citra Fa
rum:patrimoniū beati Petri in Tuſcia:ducatū Spo
letanū·comitatū Veneiſinum Valentinieñ·Dieñ·ac
Sabineñ·marchie Anchonitane: Maſſe:Trebarie
Romandiole:Campanie:atq; maritime prouincias
ac terras ſpecialis cōmiſſionis Arnulfoꝝ:ciuitates
quoq; noſtras Bononiam:Ferrariā:Beneuentum:
Peruſium:Auinionem:Ciuitatis caſtelli:Tudertū:
& alias ciuitates & terras & loca:uel iura ad ipſam
eccleſiam ſpectantia & pertinentia: & adherētes ac
fautores & defenſores eoꝝ:ſeu in his dantes eiſdez
auxilium:conſilium uel fauorem· Non obſtātibus
quibuſcūq; priuilegiis & indulgētiis:ac litteris apo
ſtolicis generalibus uel ſpecialibus eis uel eoꝝ ali-
cui uel aliquibus:cuiuſcūq; ordinis ſtatus uel cōdi-
tionis dignitatis uel preeminentie fuerint: etiam ſi
ut premittit̃ Pontificali:regali:reginali: ſeu quauis
eccleſiaſtica uel mundana prefulgeant dignitate: a
predicta ſede ſub quauis forma uel tenore cōceſſis
q; excōicari aut anathematizari nō poſſint per lit-
teras apoſtolicas non facientes plenā & expreſſam
ac de uerbo ad uerbum de indult o hmōi:ac ordini
bus:locis noībus propriis:cognominibus:ac digni
tatibus eoꝝ mentionē:necnon conſuetudinibus &
obſeruantiis ſcriptis & nō ſcriptis:& aliis cōtrariis

quibuſcūq;:per que contra hmōi noſtros ꝓceſſus
ac ſententias quominus includant̃ in eis ſe iuuare
ualeant aut tueri·Et que quo ad hoc prorſus tolli-
mus & oīno reuocamus:a quibus quidē ſententiis
nullus per alium q̄ per Ro·pontificem:niſi dūtaxat
in mortis articulo cōſtitutus abſolui poſſit· nec eti
am tunc niſi de ſtando ſancte matris eccleſie māda
tis ſatiſfactione:uel ſufficienti cautiōe preſtitis: eti
am pretextu cōfeſſionaliū ſeu quarūuis facultatum
uerbo litteris aut quauis alia ſcriptura:etiaz in qua
q; ſola ſignatura ſufficeret conceſſe:& queuis dero
gatoriaꝝ derogatoriis fortiores & efficatiores: &
inſolite clauſule inſerte apparerent quibuſuis perſo
nis cuiuſcūq; preeminentie:dignitatis:conditionis
aut ſtatus fuerint: etiaz ſic ut premittit̃ Pontificali
regali:reginali: uel quauis alia prefulgeant dignita
te:religioſis & ſecularibus utriuſq; ſexus:capitulis:
collegiis:cōuentibus: ordinibus etiam mendicanti
um & militiaꝝ:hoſpitalibus cōfratriis & uniuerſi-
tatibus conceſſaꝝ a nobis uel a predicta ſede:& q̄s
concedi quōlibet continget in futuꝝ· ¶ Illos autez
qui contra tenorē pn̄tium talibus uel alicui eorum
ſeu aliquibus abſolutōis beneficium impendere de
facto preſumpſerint excōicatiōis & anathematiza-
tionis ſententia innodamus:eiſq; predicatōis:lecti
onis:adminiſtratōis ſacramentoꝝ:& audiendi con
feſſionis officia interdicimus·¶ Predicentes & de
clarantes aperte trāſgreſſoribus & cōtemptoribus
predictis·Nos grauius contra eos ſpūaliter & tem
poraliter ꝓut expedire cognouerimus proceſſuros·
Et nihilominus quicquid egerint abſoluendo:uel

alias nullius ſit roboris uel momenti. ¶ Vt aũt hu
iuſmodi noſtri proceſſus ad cõem omniũ noticiam
deducant̃: chartas ſiue mẽbranas proceſſus cõtinẽ-
tes eoſdem in ualuis baſilicaꝝ principis apoſtoloꝝ
& ſancti Iohannis lateranẽſis de urbe affigi ſeu ap
pendi faciemus: que proceſſus ipos ſuo quaſi ſono-
ro pconio: & patulo iudicio publicabunt: ut ii quos
proceſſus hmõi contingũt quod ad ipſos nõ perue
nerint: aut ipſos ignorauerint: nullam poſſint excu
ſationem pretendere uel ignorantiam allegare cum
nõ ſit uериſimile quo ad ipſos remanere incognituꝫ
quod tam patenter publicat̃. ¶ Verũ ut preſentes
littere ac omĩa & ſingula in eis cõtenta eo fiant no-
tiora: quo in pleriſq; ciuitatibus & locis fuerint pa
tefacta: Venerabilibus fratribus patriarchis: prima
tibus: archiepiſcopis: epiſcopis: & locoꝝ ordinari-
is ubilibet conſtitutis: per hec ſcripta cõmittimus:
& in uirtute ſancte obedientie diſtricte precipiẽdo
mandamus: quatinus per ſe uel alium ſeu alios pre-
ſentes litteras poſtq̃ eas receperint: ſeu earum habu
erint noticiam ſaltem ſemel in anno: aut pluries ꝑ-
ut expedire uiderint in eccleſiis ſuis: dum maior in
eis populi multitudo ad diuina cõuenerit ſolẽniter
publicent: & ad xp̃i fidelium mentes deducant: nũ-
cient & declarent. ¶ Nulli ergo omnino hominũ li
ceat hanc paginam noſtre excõicationis: anathema
tizationis: denunciationis: declarationis: reuocatio
nis: innodationis: interdicti: cõmiſſionis: & manda
ti infringere: uel ei auſu temerario cõtraire. Si quis
autem hoc attemptare preſumpſerit: indignationeꝫ
omnipotentis dei: ac beatorum Petri & Pauli apo-
ſtolorum eius nouerit ſe incurſurum. Datuꝫ Rome
apud ſanctum Petrum: Anno incarnationis domi
nice. M. cccc. lxxxv. decimo Kal. Aprilis. Pontifi-
catus noſtri Anno ſecundo.

Tractatus de ieiuniis compoſitus per dominum Antoniū de Roſellis vtriuſq; iuris doctorem.

Omnes homines qui rectum vite iter nituntur: nō ter-
ram cōtinuo debent aſpicere: ſed cęlum: ⁊ ut apertius
loquar nō hominem ſectari ſemper ſed deum: ac non
his terreſtribus ſimulacris. Sed deo ſeruire cęleſti nō etiam ad
corpus referre ſuper omnia ſed mentem: cum corpori indulgen-
dum ſit nō ſeruiendum: nō huic etiam vite continuo dare ope-
ram ſed eternę. Ea hoc eſt quod a pleriſq; prudentibus relatuꝫ
didici: magni ⁊ excelſi animi eſſe calcare mortalia. Et propter
immaculatus ille celeſtis agnus gregis ſui curam habens nos
monere cupiens ne continuo iſta oblectamenta terrena ꝑ mag
nis ac veris bonis acciperemus: quę non ſunt tantum fallacia
quia dubia: veruꝫ ⁊ inſidioſa quia dulcia. Inſtruxit nos verbo
pariter ⁊ exemplo ut a curis iſtis mortalibus retraherem⁹. In-
terdum verbis quippe cum per ſanctā matrē eccleſiam ac non
nullos antiquos venerandos patres ſanctorum ieiuniorum fe
cerit conſtitutiones: quibus ⁊ ipſe plus opere quadrageſimam
ieiunādo uſus eſt. Docemur ergo ab omniū cōditore veritatis
patre ieiuniis interdum terrena deſpicere: ⁊ plurimum amare
celeſtia: cum ipſis mediantibus mens a caducibus iſtis morta-
libus eleuetur ⁊ virtus per ipſa nobis largiatur ⁊ premiū. Quę
ut cōmode ⁊ aperte exigentibus temporibus expedire poſſum⁹
Ego Antonius eximius legum doctor natus quondam eximij
doctoris domini Roſelli ð Roſellis de Aretio legum doctoris
famoſi: aliqua vtilia de ipſis eligere conſtitui ad eruditionem
mei ac ceterorum iſtas fugare terrenas oblectatiōes cupientiū
Suſcipe ergo illuſtris princeps opuſculum hoc ad laudem ex-
celſi tui nomini compilatum. Guido Antoni comes magnani-
me mōtis feretri magneq; regni Sicilie comeſtabilis cui ex de
bita ſincere gratitudinis ⁊ deuotionis intime aliquod munuſ-
culum exhibendum: quod tibi tanquam prudentiſſimo veriſſi-

militer debet eſſe gratum me obligatum fateoꝛ nunc maxime a
nimi tui fauente clementia inter familiares tuos cōnumeratoſ
colligam de micis cadentibus ex menſa tua· Hec ex ſtudijs no/
ſtris animaduerti tibi melius aliud cōuenire ꝙ̄ de ieiunijs te
cum habere confabulationē quē pꝛincipum vnicū religioſiſſi/
mum diuinis rebus ſemꝑ anime pꝛomptioꝛē fuiſſe cōpꝛehendi
⁊ quia vetuſtis retro anteceſſoꝛibus non degeneras qui omnē
aliam latinā quantūcumqꝫ illuſtrē pꝛogenie ſuis īnumerabili
bus virtutibus ſuperarunt poſt īmenſas tui regiminis actio/
nes religioni plurimū vacas ⁊ deum times· ¶ Tractaturus
igitur de ieiunijs q̄drageſimalib⁹ maxīe ⁊ pꝛimū videndū eſt
quare fuerit hec ſancta inſtituta quadrageſima· Que ideo in/
ſtituta eſt quia cum homines de omnibus ſuis decimam debe/
ant deo: ſic etiā in ieiunijs hoc fuit ſtatutū ut·xxxvi·diebus ie/
iunaremus. ⁊·iiii·plus: qui tn̄ non ſunt dati pꝛopter decimas:
ſed ut equaretur dn̄icis ieiunijs: nam ⁊ tot diebus ipſe etiam
ieiunauit: remanent tn̄ triginta hoꝛe nō decimate ſed poſſum⁹
dicere ꝙ releuamur ab iſtis ꝑpter onus alioꝝ ieiunioꝝ vel il/
loꝝ·iiii·dierum: qui licet pꝛeſtent ꝑpter aliud tn̄ nos onerāt
⁊ ſic in alio releuari debemus· ¶ Uidendum eſt modo de ieiu/
nijs ⁊ hoc queſtionibus·vii·explicari credo· Et q̄m omnis di/
ſputatio ſeu locutio de ieiunijs futura eſt: placet pꝛimo diffini
re quid ſit ieiuniū ⁊ vnde dicatur· Secundo quotuplex ſit ieiu/
nium· Tertio qui ad ipſum reſtringant̄· Quarto ad ipſius ob/
ſeruantiā ⁊ qualiter frangatur· Quinto qui ſint dies digni ie/
iunio· Sexto quando ſit in totum vel ꝑticulariter trāſmutabile
Septimo qui ſint effectus ieiunij· ¶ Rediens ad pꝛimā que
ſtionem dicit in ipſa Inno· ꝙ ieiuniū eſt parcimonia victus et
ciboꝛum abſtinentia· Sed iſta diffinitio nō eſt tuta: quia non
cōpꝛehendit ſubſtātialia ieiunij· ꝯtra·l·omnis diffinitio·ff· de
re. iur· Unde dico ꝙ ieiuniū in ſua ꝓpria ſpecie ſumptum ē vni
ca in die legittima ciboꝝ refectio cū abſtinentia a carnibus lac
ticinijs inſtitutione generali eccleſię vel loci ſpeciali conſuetu/

dine voto vel penitētia introductum: Et ideo dicit̄ legittima
quia fieri debet euitando quinqꝫ· que ſunt repꝛeſentamenta re
gule de quibus habetur de ꝯſe·di·v·c·quinqꝫ·⁊ infra dicam· Et
dicit̄ ſcd̄m Inno·⁊ doc·a quodā inteſtino quod vocat̄ ieiuniū
quod eſt ſuperuacuū ⁊ ſubtile: ⁊ ieiunij rationem nititur aſſig/
nare Hoſti· Sed hoc medicis phiſicis dimittam· ¶ Secundo ē
videndum quotuplex ſit ieiuniū: ⁊ Inno·⁊ Goff· ſuo modo di/
cunt: Ego vero ſic dico ꝙ poteſt conſiderari ieiunium multipli
citer· Pꝛimo modo in ſuo genere generali· ⁊ tunc ieiunium eſt
abſtinere ab iniquitatibus ⁊ illicitis ſeculi voluptatibus ſcd̄m
qd̄ habetur de ꝯſe·di·v·ieiunium: ⁊ ſcd̄m hoc ieiunium abſtinē
tia a quocunqꝫ appetitu dici poteſt extraneo ⁊ illicito que abſti
nentia ſimpliciter fieri debet ſicut humana fragilitas triplici
modo domino peccati ſubiecta eſt ſcd̄m ꝙ ſcribit Lactātius li/
bꝛo de falſa religione·li·vi·c·xiii· videlicet factis dictis ⁊ cogi/
tationibus· Pꝛimus igitur gradus huius ieiunij eſt a malis o/
peribus abſtinere. Secundus eſt a malis verbis· Tertius eſt a
cogitatione rerum malarū. Qui pꝛimū gradum aſcendit ſatis
iuſtus eſt· Qui ſecundū iam perfecte virtutis eſt: ſiquidē neqꝫ
facto neqꝫ ſermone delinquat· Qui tertiū iſte nō ſimilitudinē
dei aſſecutus dicitur. Eſt enī pene ſupꝛa humanū modum: nec
in cogitatione quidē admittere qd̄ ſit vel facto malū vel impꝛo
bum dictu: ita ꝙ etiam iuſti homīes qui frenare ſe poſſunt ab
omni opere iniuſto: nōnunqꝫ tn̄ ipſa fragilitate vincunt̄: ut uł
in ira malū dicant vel in aſpectu rerū delectabiliū: cogitatione
tacita cōcupiſcant. Secundo mō poteſt ſumi ieiuniū in ſuo eſſe
ſpeciali ſcd̄m qd̄ diffinitur: ꝙ ſit abſtinentia vel parcimonia ci
boꝛum· ⁊ hoc pōt dupliciter conſiderari. Uno modo ex ꝑte cau/
ſe efficientis vel introducentis. Alio mō reſpectu cauſe materi
alis ſeu ſubiectiue vel pꝛedicati. De pꝛimo poteſt dici ꝙ aliq̄n
pꝛocedunt de gn̄ali inſtitutiōe eccl'ie: ut ieiunia quadrageſime
ut·iij·di· ſtatuimus cū ſe·⁊ de ꝯſe·di·v· quadrageſima cum ſe·
Et vigilie apoſtoloꝝ ut·ī·dicam. Aliqua ſunt ieiunia ex voto

ꝓcedentia· Aliqua ex ꝯſuetudine loci ſpecialis ut Pannones q
ieiunant ſexta feria: ⁊ Romani ieiunāt in ſabato· ut habeť ·xii·
di· c. illa. Itē ieiuniū aduentus qđ non eſt gn̄ale debet cuſtodi/
ri ſcđm loci ꝯſuetudinem· Aliqua ſunt quę proueniunt ex peni/
tentia iniuncta a ſacerdote ut habetur. lxxxvi· di· preſbiteros·
Iſte autē ſpecies ieiunioꝝ ex parte ſunt efficienti· Ex pte autē
naturali uel ſubiectiua ſeu ꝑdicatiua ē triplex· Primuꝫ qn̄ eſt a
qualibet re cōmeſtibili abſtinētia ſcđm propriā voluntatem et
nō ſcđm ſtatutū eccleſie ſcriptum ſeu ꝯſuetudinē· Et ſecunduꝫ
hoc etiā qui de pluribus cōmedit uel pluries in die diciť ieiu/
nare dum tn̄ a placitis abſtineat voluptatis· Et hoc quidē ie/
iunium debet fieri omī tp̄e maxime a clericis. ut habeť ·xlii. di·
c· i· ii· ⁊· iii· ⁊ fit cōmedendo etiā de qualibet re nobili dūmodo
nō ſcđm voluntatē vel appetitum habita diſtinctione bonoꝝ ⁊
perſonarū et rerū inter quas verſatur· Eſt ſciendū quando qs
abſtinet ſe a cibis venerem generantibꝰ: ut ſi tm̄ cōmedit panē
nuces vel poma nō carnes nō piſces nō oua: ⁊ hoc ieiuniū dici/
tur zeuſagia a zenon qđ eſt ſicum ⁊ fegia quod eſt cōmedere·
Tercium eſt ieiuniū ſcđm conſtitutioneꝫ iuridicam eccleſie ut
abſtinentia carniū ⁊ lacticinioꝝ· ut habetur· iiii· di. deniqꝫ·
⁊ de hoc ſermonē habeo· ¶ Tercio principaliter quero qui ad
ieiunandum ſint aſtricti· Dico ꝙ omnis doli capax eſt ad ieiu/
nandū abilis: ⁊ ideo puer· x· annoꝝ cōmuniter erit etiam aſtri
ctus· Ratio quia peccare pōt ⁊ peccata deflere· c· i· de delic· pue.
An autem cū ipſis ſit diſpenſandum· ĩ· dicam. ¶ Sed dubium
eſt an vxor ꝓhibente viro teneatur ieiunare· Et dicit Inno· ꝙ
ieiunia ab eccleſia inſtituta nō debet etiam prohibente viro di
mittere· Secus eſſet de ieiunijs ꝓcedentibus ex voto vel peni/
tentia quia illa poſſunt dimitti· xxxiii· q· ſi· manifeſtum· Dicit
tn̄ ꝙ in iſtis diſpenſatur ut infra dicā· Furioſi autem ⁊ infan/
tes nō intelligentes nec habentes habitū intellectus excuſanť
¶ Quarto videndū eſt de obſeruatione ieiunij: Reſpondeo ad

hoc ut quis recte ieiunare dicatur: Primo per confeſſionē: mū/
dus eſſe debet ⁊ reuocatus a peccato· Nam ut ait magiſter ſen/
tentiarū· li· iiii· di· xv· ⁊ habetur de pe· di. i· nihil prodeſt ieiuna
re ⁊ orare ac alia bona agere niſi mens reuoceť a peccato: quod
tamen ita eſt intelligendum quantū ad ſtatum glorie ſeu meri
ti conſequendū: quantū autem ad ſtatum gratię muniendū uł
multiplicationē temporalium bene prodeſt ieiunatio ⁊ alia que
libet bona operatio etiaꝫ exiſtenti in peccato: debet tn̄ ut recte
dicatur ieiunare: eſſe mundus a peccato ut dixi: ⁊ debet cōme/
dere ſemel in die nō tn̄ ad ſaturitatem ſed quantū natura poſ/
ſit ſuſtentari· Nec tamen quis bene ieiunaret etiam ſi quis vna
ebdomoda vel tribus vel duobus diebus ieiunaret: ⁊ demū cō/
medendo uſqꝫ ad ſaturitatem venerē aſtrueret· de conſe· di· v·
nō ideo· ⁊. c· ſunt tibi· cum ſe· ¶ Item quinqꝫ obſeruare oportet
vitando quę ſunt temperamēta gule· Primo ut horam debitam
cōmeſtionis nō preueniat· ea· di· c· quinqꝫ· Hora congrua eſt ut
miſſam primo audiat ⁊ officium veſpertinum oratione peracta
cōmedat· Secundo nō debet politiores cibos querere· vnde ha
beť· iiij· diſ· deniqꝫ ꝙ nō debꝫ vti beluis marinis ⁊ ſumptuoſis
nec delicatis cibis· quod tamē intellige ſcđm qualitatem perſo
narum· ar. xlii· di· c· i. ii. ⁊· iii· Tercio non multum debet curare
vel expectare quid cōmedat: non enim debet ſemper eſſe in tali
cogitatione vel verſari· Quarto nō debet ultra menſurā refici·
Quinto nō debet rem aliquā etiaꝫ vilem deſiderio affectu que
rere hec habentur in dicto· c· quinqꝫ. Debet etiam eſſe vnica cō/
meſtio de piſcibus ⁊ pomis ac alijs nō delicatis cibis cū abſti/
nētia carniū ⁊ lacticinioꝝ· ut habetur in dicto· c· deniqꝫ· cum
moderata vini aſſumptione ut ad ebrietatem nō deducatur. ſꝫ
quia ſi contra predicta in aliquibus fiat nō frangiť ieiunium
ſed peccatur· ¶ Ideo quero quando ieiunium frangatur. dicit
ꝙ ex bina cōmeſtione: preterqꝫ in caſibus diſpenſatis· Idem ſi
cōmedantur carnes. ¶ Sed ſtat dubium quid ſi cōmedantur

ou: vel caſeus: dicunt quidam q frangitur ieiunium quadra/
geſime non alia ieiunia ſed peccatum mortale cõmittitur· Alij
dicunt q frangitur ieiunium· hoc ſcribit Archi· de conſe· di· iii·
rogationis· tutius eſt non cõmedere· Dicit tamen Hoſtien· q
iſta ſunt inducta: ⁊ ex cauſa poteſt contra ea diſpenſari in pro/
uincijs maxime vbi non ſunt piſces ut iſtis vtamur ſine pecca/
to· Et ideo guſtantes medicinas vbi eſt conſuetudo: uel facien
tes credentiam nõ ſoluunt ieiunium· Idem credo in cõmeden/
tibus oua in vigilijs ut nõ peccent ſi talis eſt ↄſuetudo patrie·
¶ Sed quid ſi preuenit horam cõmeſtionis: vel cõmedit belu/
as marinas: dicunt doc· q non ſoluunt ieiunium nec peccant:
niſi faciant delicioſe uel nimia auiditate· Ita intelligatis cano
nem de conſecra· diſtinc· i· ¶ Quid in cõmedentibus medici/
nas. dicit Innocen· q medicina pro repellenda infirmitate non
ſoluunt ieiunium: ſecus ſi pro conſeruanda ſanitate· pro hoc fa/
cit de conſecra· diſtinc· v· c· contraria· ⁊ etiam nimis affectans:
vel auide ſumens: nõ rumpit ieiunium ſed peccat ſcdm Inno.
Unum autem arbitror ultra ſtatutum eccleſie ſeruandum fore
ſcdm ut ſcribit Hieronimus ad demetriadem de virginitate et
vita perfecta: q omne ieiunium ⁊ omnis ardor abſtinentie ſit
temperatum: ita ut illi finem conſilium nõ laſſitudo imponat:
nam inordinata ieiunia ⁊ abſtinentie faciunt ut ipſa poſtea ie/
iunia iuridica nec mediocriter fieri poſſint· ¶ Quinto eſt vi
dendum qui ſint dies digni ieiunio· Ad hoc reſpondeo q ſi lo/
quimur de illo ieiunio quod eſt in ſuo genere generali: ⁊ ſcdm
quod debemus abſtinere ab omni appetitu illicito voluntatis
tunc omnis dies venerandus eſt· xl. diſtinc· c· i· ii· ⁊ iii. Si lo/
quimur de eo quod in ſpecie diximus ieiunio: ⁊ tũc ſi eſt ex vo/
to vel regionis conſuetudine vel penitentia iniuncta: tunc illa
di·s ieiunanda eſt. Si autem eſt ſcdm ſtatutum eccleſie: ⁊ tunc
d·co q quatuor tempora· ut habetur lxxvi· diſtinc· c· ieiunium·
Item vigilia Natiuitatis dominice: ⁊ aſſumptionis beate Ma
rie virginis ut· c· i· de obſerua· ieiu· ⁊ omniũ apoſtolorũ exceptis

vigilijs Philippi ⁊ Jacobi ⁊ Io. euangeliſte qui ſunt inter pa/
ſcha ⁊ penthecoſten. Itẽ vigilia omniũ ſanctorũ· Uigilia autem
Bartholomei quoniam eſt dubiũ de die debet ieiunari ſcdm cõ
ſuetudinẽ regionis· Uigilia Laurentij ⁊ Io· baptiſte· Quadra
geſima· Itẽ dixerunt quidã de ſextis ferijs pterq̃ de illis que
ſunt inter paſcha ⁊ penthecoſten: vel ĩ qua venit natiuitas dñi
Alij tñ dicunt ⁊ hoc videtur approbare Inno· q nõ ſunt ieiu/
nia neceſſaria ſed voluntaria: pterq̃ illius ꝓuincie Pãnonie
ſeu Panotachie quibus eſt ↄſuetudo que in hoc debet attendi.
lxxvii· di· §· nõ autẽ· Dubiũ tñ eſt de diebus rogationũ ante pẽ
thecoſten ⁊ aliqui dicunt q iſta ſunt ieiunia neceſſaria ⁊ hoc te
net glo her· in· c· ii· de obſer· ieiu glo· tñ Io· de ↄſe· di· iii· roga/
tiones· dicit q in hoc debet attendi patrie ↄſuetudo· ¶ De ieiu
nio autẽ aduentꝰ finaliter ↄcludunt doc· q hoc nõ ſit generale
ideſt ab eccleſia inductũ ſed debet in ipſo ꝓcedi ſcdm ↄſuetudi
nẽ regionis· Iſti ſunt quos potui reperire dierũ dies ieiunio di
gnos· Unum tñ nota· Si vnꝰ italicus vadit in partes pãnonie
debet ieiunare ſexta feria ꝓpter illorũ conſuetudinẽ qui tñ nõ
tenenẽ in ꝓprijs laribus· ut habetẽ· xii· di· illa· ¶ Sexto eſt vi/
dendum an iſta ieiunia poſſint cõmutari· Et iſta queſtio põt ĩ
telligi dupliciter: vno mõ poteſt fieri cõmutatio reſpectu certa/
rum perſonarũ· Scdo reſpectu aſſumendarũ cõmeſtionũ· ¶ Ad
primũ dicit Inno· q ſi ſunt ieiunia voluntaria: ut ex voto uel
cõſuetudine ſpeciali: vel pnĩa iniuncta: hec ſine cauſa cõmutari
poſſunt: dũmodo talis mutatio ſit vtilior ⁊ deo acceptabilior:
et ĩ auctoritate intercedente· c· i. de voto· ⁊ hoc ſiue ad mutatio/
nẽ diei· ſiue cum pſonis: ſiue in eo qd debet ſumi· Plus credo q
le gittima cauſa ſubſiſtente ut infirmitatis: tunc ſolus pbr põt
voto aſtrictum in foro pñiali ad alium actũ nõ minus deo pla/
cabilem ordinare· Quedã aũt ſunt ieiunia ab eccleſia inſtituta
ut eſt quadrageſima ⁊ alia quibus infra dicã: ⁊ iſta ſine cauſa
ab epõ vel pbro cõmutari nõ poſſunt· Sed cum cã legittima ſi/
cut ſi in die ſecunde ferie veniat feſtum: tunc fit cõmutatio ut

ieiunetur die ſabati·ut in.c·i·ꝛ·ii.ꝺ obſer·ieiu· Idem dicit ſi vi
gilia veniret in feſto alicuius patroni ciuitatis vel regni: nam
cum licet cõmutare· Et ideo ĩ Francia vbi eſt feſtũ ſancti Qui
tini nõ ieiunatur in vigilia omniũ ſanctoꝝ quia tunc eſt illud
feſtum ſed per vnum diẽ ante· Idem fit ſcðm Hoſti· in partibꝰ
vbi eſt patronus Mauricius vbi nõ ieiunant̃ quatuor tẽpoꝛa
quę veniunt in illo feſto ſed poſtea·Poteſt etiam ſcðo reſpectu
perſonarũ diſpenſari:ut ſi vir nõ velit ꝙ vxoꝛ ieiunet: hoc non
obſtante tenetur inſtituta tempoꝛa ab eccleſia ieiunare tñ pro/
pter vitandum ſcandalum poteſt pbr̃ ſecũ diſpenſare quia ra/
tione ſcandali fit diſpenſatio·c·latoꝛes·de cle·excõ·mi·Dicit ta
men Hoſti·ꝙ idem eſt in puberibus.ut in·c·ij·de obſerua·ieiu·
Item cum ſenibus·c·magnę de uoto·Idem dicit Hoſti·de agri
colis ꝛ peregrinis ꝛ his qui continuo laboꝛe affligũtur·lxxxvij·
di·pbr̃i. ¶ An autem mutatio poſſit fieri in cõmeſtibilibus ꝛ ĩ
modo cõmeſtionis·Dicit Inno.ꝙ ſic ex cauſa ꝛ ideo pꝛopter ca
ritatem vel ꝓpter vitandum ſcandalũ poſſet ſtari ut quis ĩ die
bis cõmederet nec frangeret ieiuniũ dum tñ parum ut eſt ſiĉ
in ciſtercienſibus qui poſſunt pꝛius deguſtare ſcðm ſtatum ſu
um· Item in magnatibus qui timent de veneno ut poſſit diſpẽ
ſari ꝙ guſtans nõ frangat ieiuniũ· Idem generaliter ſcðm ge/
neralẽ conſuetudinẽ eccleſie ſi poſt pꝛandiũ deguſtetur ad col/
lationẽ faciendam:ꝛ vbicũq; eſſet cauſa arbitrio iudicis poſſet
ſtatui ꝙ ante poſſet guſtari· ¶ Ultimo videndum eſt de effec/
tu ieiunij ꝛ in hoc poſſumus ꝯcludere cum quadrageſimali pꝛe
pbatione dicente eccleſia ꝙ vicia cõpꝛimit:mentẽ eleuat: virtu
te largitur ꝛ pꝛemia·Premiũ enim eſt qꝺ apoſtolus ſcribit ad
Thimotheum·iii·ꝛ habetur de ꝯſe·di·v·c·ieiunium·Spem ꝛ re
leuationem gloꝛie magni dei·Hic enĩ eſt denarius de qua habe
tur Mathei·xx·c·qui admotus quadragenario numero efficit̃
quinquagenarius:ꝛ ideo ante paſcha agimus quadrageſimã
cum pñia ꝛ laboꝛe:poſt paſcha cum leticia quĩquageſima quaſi
mercedem ꝛ pꝛemiũ recipientes: verba ſunt Auguſtini ſup Io/

¶ Incipit modus vacandi beneficioꝝ·

PRimus modus vacandi eſt:Siquis poſſidet beneficium
curatum:ꝛ poſtea cõtingit ipſum aſſequi aliud curatum
apoſtolica vel alia quacunq; auctoꝛitate:ſcilicet oꝛdina/
ria:vel iurepatronatus:pꝛimũ beneficium qꝺ ante habuit vacat
Niſi obtenta diſpenſatione apl̃ica· Et expectãtes vigoꝛe gr̃e tale
beneficium acceptare non poſſunt:ſed eſt ſedi apoſtolice ſpecia/
liter reſeruatum·

¶ Secundus modus eſt: Siquis habuerit beneficiũ curatum et
poſtea obtinuerit a dño noſtro papa gratiã de beneficio cum cu
ra vel ſine cura:ꝛ ſi anteq̃ gratia ſoꝛtiatur effectuȝ nõ permutat
vel reſignat·tale beneficium curatum vel nõ curatum ipſo facto
vacat:ꝛ eſt ſedi apl̃ice reſeruatum.

¶ Tertius modus eſt:Si quis habȝ beneficium cum cura vel ſi/
ne cura:ꝛ q̃cito gratia ſua ſoꝛtita eſt effectũ pꝛimum beneficiuȝ
quod impetrans obtinuit vacat·niſi mentionẽ fecerit de tali be
neficio obtento in impetratione ſue gratie expectatiue·

¶ Quartus modus eſt : Si quis habet beneficiũ cũ cura ꝛ poſt/
ea gratiam impetrauerit de beneficio cum cura vel ſine cura·al/
ter põt pꝛimum impetrare per clauſulam ſperare vacare·ꝛ q̃cito
aliud beneficium aſſequit̃ cum cura:ille ſecundus habebit pꝛi/
mum·ꝛ etiam ſi interim reſignaret huiuſmodi occaſione ꝛ nulliꝰ
alterius:etiam qualitercunq; vacaret:niſi per moꝛtem·

¶ Item ſi quis habȝ beneficium pꝛopter quod teneatur ſe facere
pꝛomoueri ad ſacros oꝛdines infra annum· ꝛ ſi nõ fecit ſe ꝓmo/
ueri poſt habitam pacificã poſſeſſionem : tale beneficium vacat
per non pꝛomotionem· Sed tñ Ep̃s poteſt ſecum diſpenſare ad
ſeptennium cauſa ſtudij:ꝛ non al̃s.ſic tñ ꝙ infra annum ſit oꝛdi
natus in ſubdyaconum·Papa aũt põt diſpenſare ad placitum ex
quacunq; cauſa·

¶ Item cum lis pendet inter duos vel tres ſuper vno bñficio vl pluribus: dum obijt vnus litigantiũ ⁊ lis ipa nõ ſit deciſa beneficia hmõi vacant: ⁊ ſunt reſeruata: ⁊ ſurrogatˀ collitigãs in iure defuncti: etiam infra menſem alterius impetrantis: iuxta regulam de ſurrogandis collitigantibus.

¶ Itẽ per apparentẽ incorpationẽ: vt cũ religioſi habẽt collationem ad certa bñficia que clericis ſecularibus ſunt conferenda. ⁊ ſi ipſi ſuis fratribus ꝯferãt ac ſi iſta eſſent incorpata etiã vacãt.

¶ Item per liberam reſignationẽ: vt ſi aliquis reſignat aliquod bñficiũ corã notario ⁊ teſtibus: vel in manus habẽtis poteſtatẽ admittendi reſignationem hmõi: etiam nõ conſenſu patroni interuenienti: tale beneficium vacat.

¶ Item vacant beneficia per contractum matrimonij per verba de preſenti.

¶ Item ſi quis habet beneficium eccliaſticum ⁊ ingreditˀ monaſteriũ: vel aliquã duxerit vxorẽ: bñficia ſua vacãt ꝑ ingreſſũ monaſterij vel religionis: vel contractum matrimonij.

¶ Item nullus illegitimus põt obtinere dignitates pſonatꝰ vel officia in cathedrali ecclia vel etiã in metropolitañ. Et ſi quis illegitimus habet talia bñficia abſqꝫ diſpenſatiõe aplica: vacant: ⁊ ſunt ſedi aplice reſeruata.

¶ Item vacant per irregularitatem: vt ſi quis iniecit manus violentas in clericũ vel in aliquã perſonã eccliaſticam: ⁊ ſe poſtea diuinis immiſcuerit.

¶ Item omnium illoꝝ beneficia vacant qui celebrant in loco interdicto: vel coram excõmunicato. Sententialiter tñ per iudicẽ declarari debent: alˀs non vacant.

¶ Item ſi quis habet bñficium cũ cura vel ſine cura ⁊ poſtea ꝓmouetˀ in Epm vel in Abbatem: beneficia vacant. Si in Epm ꝑ munus ꝯſecrationis. Si in abbatem ꝑ munus bñdictionis.

¶ Item ſi quis habet beneficiũ eccliaſticum et moritur in curia Romana: vel infra duas dietas legales a curia: ipſius beneficia ſunt ſedi aplice reſeruata.

¶ Item ſi quis habet beneficiũ cum cura vel aliquã dignitatem ⁊ non eſt vigintiquatuor annoꝝ: ſuum beneficium vacat. niſi ſit per hoc diſpenſatione obtenta.

¶ Item per ꝓmotionem: vt ſi quis promoueatur ad ſacros ordines ſententia excõmunicationis maioris ligatus: ipſo facto ſua beneficia vacant.

¶ Item per promotionem: vt ſi quis promoueretur ad ſacros ordines ſentẽtia excõmunicationis minoris ligatus: ipſo facto ſua beneficia vacant.

¶ Item per nõ promotionem: vel reſidentiam: vt cum bñficium ex officio vel fundatione requirit reſidentiam aut moram perſonalem: non habita diſpenſatione illius non reſidentie: oĩa talia beneficia vacant. Et ille caſus frequenter cõtingit in beneficijs que ſunt de iurepatronatus laicoꝝ. Et contingit quando ex officio vel fundatione requirit pbr̃m: vel vnum qui poſſit procedere ad ordines ſacros infra annũ. Et collatores aliquãdo conferũt illi qui impetrat diſpenſationem ſub conditione ꝙ q̃primũ venerit ad annos diſcretionis promoueatur ⁊ perſonaliter in beneficio reſideat. quod ſi non fecerit beneficium vacat.

¶ Item vacant per permutationem ſimoniaca prauitate vel pacto interueniente.

¶ Item per inabilitatem: vt ſi minor .xv. annorum ſine diſpenſatõe obtineat beneficium: vacat illud de facto.

¶ Item bene vacant ſi quis in infirmitate cõſtitutus reſignaret aliquod beneficium vbicunq; in Ro. curia: vel extra. ſi morit̃ infra .xx. dies: tunc beneficia reſignata vacant per mortem: ꝛ nõ ꝑ reſignationem. ꝛ ſunt ſedi aplice reſeruata.

¶ Item per irregularitatem homicidij: vel non curantis manda ta aplica executioni demandare.

¶ Item ſi quis ſtetit per annum in excõmunicatione: ipſius beneficia vacant. Similiter eius qui celebrat corã excõicatis. Uel ſcienter in loco interdicto.

¶ Item vacant beneficia cum cura. etiã dignitates. perſonatus ſiue per cõſtitutionem execrabilis fe. re. Jo. pape. xxij. hoc modo ſcꝫ ſi quis habet vnũ beneficiũ curatum: aut dignitatem: aut perſonatum. ꝛ retinet primum cum ſecundo per menſem ſine diſpenſatione: tunc vacat vtrunq;: ꝛ perdit tam primũ q̃ȝ ſecundum. et efficit̃ inabilis ad illa ꝛ qualiacunq; beneficia eccľiaſtica ſimilia vel diſſimilia obtinenda tamen ſimplicia ꝛ alia ſine cura que dignitates perſonatus non ſunt per eum prius habita.

¶ Item quandoq; vacant beneficia per reuocationem vnionum ꝛ incorporationum.

¶ Item quandoq; per reuocationem cõmendarum factarum auctoritate aplica vel ordinaria.

¶ Item ſi quis acceptat cum gratia ſua expectatiua ꝛ non publicet ſeu publicari faciat inſtrumentum acceptatiõis ꝛ ꝓuiſionis cum alijs litteris: tale beneficium vacat.

¶ Nota ꝙ poſt citationem executam lie dicitur pendere intentũ ꝙ ſi alter litigantium moritur in curia vel extra lite indeciſa: tũc vnus papalis nõ poteſt illud beneficium acceptare: ſed ſolus papa habet de illo diſpenſare. Caueat ille litigãs ꝙ faciat ſe in ius defuncti ſurrogare ne alter eũ preueniat: ad minus per menſem. quia litigans habet totũ menſem poſt impetrantem ſe ſurrogari facere in iure collitigantis defuncti. Que practica eſt multis ignota. ꝛ tñ Rota ita ſeruat. Et idem ſi litigãtes ſimul ꝯcordent lite indeciſa: ꝛ alter ipſorum morit̃ ꝛ non renuntiet: tunc illud bñficium iterum cenſet̃ pape eſſe reſeruatum. ꝛ nõ cadit ſub gratia expectatiua. Et hoc eſt verũ ſi lis pendet in curia Ro. Secus tñ alibi. etiam ſi quis renuntiet beneficium in curia: tunc etiã cenſetur in diſpoſitione ſolius pape.

¶ Item ſi quis impetrat aliquod beneficium realiter deuolutuꝫ vel reſeruatum: vel alˀs debito modo vacãs. poſtea impetrãs aliud beneficium ꝛ non curat proſequi primum. tunc illud beneficiũ ſtat in diſpoſitione ſolius pape. nec reuertitur poteſtas ꝓuidendi ad ordinarium.

¶ Item per liberam reſignationem: vt ſi quis reſignat aliq̃d beneficiũ corã notario ꝛ teſtibus vľ ad manus habentis poteſtatẽ admittendi reſignationẽ hmõi non conſenſu patroni interuenientes: beneficiũ vacat apud collatorem. niſi reſignatio iſta nõ ſit realiter probata: ſcꝫ ꝙ impetrans ſit effectualiter adeptus poſſeſſionem illius: tunc primum reuertitur ad ſuum principium.

¶ Item ſi gratiam in cõmuni forma pauperum aliquo habente publicationem gratie huiuſmodi ordinarius cõfert beneficiũ vacans collatio tenet ſm aliquos. Aliqui tamẽ dicũt ꝙ non. ſ. dñs Jo. Cal. qui tenet ꝙ ante purificationem gratie manꝰ ordinarij ſint clauſe ꝛ ligate: dũmodo infra menſem poſt vacationem bñficij purificet ꝛ acceptet. et ita fuit alˀs obſeruatũ. Secus tamen de

gratia ſpeciali.

¶ Item habens gratiam in cõmuni forma pauperum ante vaca
tionem tenetur ordinario litteras ſuas inſinuare: al's nõ poteſt
acceptare. Sed habens gratiã in ſpeciali non tenet' niſi propter
concurrentes ꝛ maiorem diligentiam.

¶ Item ſi ſunt expectantes in dioceſi: ꝛ vacet beneficiũ in menſe
pape: ordinarius non poteſt conferre infra menſem poſt vacatio
nem: ꝛ hoc ꝓpter decretũ irritãs pape. Sed ſi nõ fuerit acceptat'
tunc infra menſem: tunc poſt menſem conferre poteſt. ꝛ ſic valet.

¶ Finis.

¶ Incipit modus acceptandi.

¶ Primo impetrans habeat nomina bñficioꝝ in ſcriptis in ſua
collatione. ꝛ tempore quo voluerit acceptare accedat ad notariũ
cedulã habẽs in manu in qua ſtant nomina bñficioꝝ. ꝛ pſtando
dicat. Dñe Notarie: ecce accepto quodcũqꝫ bñficium in vim gra
tie mee expectatiue ꝛ lrãꝝ aplicaꝝ deſuper cõfectaꝝ ꝛ ꝓceſſuũ vi
gore deſup fulminatoꝝ: mihi debitũ: vacans per mortẽ aliquoꝝ
quoꝝ noĩa in iſta cedula ꝯtinent. ꝛ cuiuſcũqꝫ alterius collatõis
ſub ꝓteſtatione ſolita ꝛ cõſueta: videlicet ſi ꝛ inquantũ aliquod
illoꝝ mihi de iure debet'. Alioquin gratia mea ſalua maneat ꝛ il
leſa: ad quodcunqꝫ aliud bñficium de iure mihi debitum. Et re
quiro vos tanqꝫ ſubexecutorem in vim clauſule Ceteꝝ: mihi per
principalem executorem deputatũ: q mihi modo de bñficio ſub
proteſtatiõe pmiſſa ꝓuideatis. ꝛ ꝓuiſione facta requirens ipm
vt ſupra. Acceptatiõe ꝛ ꝓuiſione ſic factis ꝯficiat vnum vel plu
ra publicum vel publica inſtrumentum vel inſtrumenta.

¶ Finis.